

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficiarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

223. Quid dicendum de aliis Prælatis, tam regularibus quàm sæcularibus,  
Episcopo inferioribus, puta Abbatibus, Archidiaconis, Præpositis, Prioribus,  
dum ad alterius Ecclesiæ dignitatem similem vel ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

uali matrimonio copulati Ecclesiae, ad quam pri  
mo assumpti sunt. c. inter corporalia. de translation.  
e. sicut vir. 7. q. 2. adeoque, sicut conjuges conser  
tire nequeunt in aliud matrimonium, ita nec Epis  
copus desponsatus jam uni Ecclesia desponsari al  
teri, & in aliam consentire, ut sit per electionem,  
priusquam auctoritate Papa priori vinculo sit li  
beratus. AA. idem. Postulari tamen potest Epis  
copus ad aliam Ecclesiam; cum nec postulantes  
in postulatum tanquam in sponsum consentiant,  
uti faciunt eligentes, nec postulatus in Ecclesiam  
posteriorem tanquam sponsus prius consentit, ei  
que desponsetur, quam a prioris Ecclesia vinculo  
sit liberatus; quod ut fiat, per postulationem peti  
tur ab eo superiori, qui a Deo hanc potestatem dis  
solvendi hoc spirituale conjugium accepit. Laym.  
Pirh. ll. cit. cum Abb. in cit. c. alt. h. m. 5. Quin & Epis  
copus consecratus, si postulatus sit ad aliam Eccle  
siam cathedraliem, ita exigente utilitate vel neces  
itate Ecclesiae, etiam invitatus cogi potest a Papa ad  
illam acceptandam juxta c. 35. 7. q. 1. Secus est de E  
piscopo non consecrato. Pirh. n. 10. quamvis hodie  
dum una cum postulatione alia dispensatio a Sede  
Apostolica impetrari soleat, nempe ut priorem E  
piscopatum retineat, & sic indissoluto priore vi  
culo novam insuper sponsam cum priore, seu plu  
res Episcopatus retineat, & in digniore, seu amplio  
re residat Laym. loc. cit. Pirh. n. 10.

2. Extenditur autem responsio ad Episcopum  
confirmatum, eti non dum consecratus; per con  
firmationem enim perficitur matrimonium illud  
Episcopi cum Ecclesia, licet non intelligatur veluti  
consummatum, nisi per consecrationem. Pass. Pirh.  
Laym. ll. cit. cum Abb. loc. cit. Extendenda etiam  
conseretur ad Episcopos, & quidem a potiore, utpo  
te consecratos, qui Suffraganei seu nullatenes di  
cuntur, quippe qui & ipsi non minus copulati sua  
sponsa seu Ecclesia, & si ea sub potestate infide  
lium constitut.

3. Limitanda est contra Responsio, ut non intelligi  
gatur de Episcopo electo nondum confirmato; quia  
talis needum simpliciter est sponsus, sed solum per  
electionem ab eo acceptatam inchoatur veluti est  
matrimonium inter illum & Ecclesiam, c. cum inter  
de elect. & gl. in c. unic. h. t. in 6. v. vera electio. Ac pro  
inde sine licentia Papa ante confirmationem ad  
huc renunciare potest electioni acceptatae. c. si ele  
ctio de elect. in 6. Laym. l. o. n. 2. Pass. loc. cit. n. 36. Pirh.  
cit. n. 10. Item ut non intelligatur de Episcopo etiam  
consecrato, qui jam renunciavit Episcopatu; cum  
per renunciationem talem admissem solutum jam  
sit vinculum cum priore Ecclesia; adeoque jam eli  
gi denuo possit in Episcopum alterius Ecclesiae.  
Pirh. Laym. ll. cit. Pass. n. 35. citans Abb. ubi ante. Biax.  
de elect. p. 2. c. 34. n. 4.

**Questio 222.** Quid hoc in re ditendum de  
Cardinalibus non Episcopis?

1. Respondeo: Ex hoc praeceps, quod quis Cardi  
nalis sit, non debet, nec potest postulari so  
lemniter ad Episcopatum, sed est eligibilis. Laym.  
in c. bona. 3. de postul. n. 4. Pirh. ad tit. de postul. n. 11. Pass.  
n. 37. citans Biax. de elect. p. 2. c. 3. 5. n. 4. & 5. Juxta c. Ec  
clesia vefra. de elect. & ibi Abb. & Joan. And. contra  
Barbol. juris Eccl. l. 1. c. 19. n. 9. Azor. p. 2. l. 4. c. 3. q. 15.  
Secutos Ant. de Butrio in cit. c. Ecclesia vefra. n. 16. &  
Imol. ibid. n. 4. Host. Sylv. &c. cum enim nullib[us] ius  
Canonicum prohibeat Cardinalem assumi ad Epi  
scopatum, sed solum veter, ne Cardinalis Epis  
copatum acceptet, & ne Ecclesiam Romanam, cui ad

strictus est quodad residendum penes illam, deserat  
sine licentia Papæ, intervenire quidem necesse est  
postulationem implicem (quod voluit Laym. loc.  
cit. inquiens; dicendum, quod electio Cardinalis in  
Episcopum quodammodo sit postulatio, quia ele  
ctionem acceptare nequit sine consensu Papæ) non  
verò solemnum; cum Papa concedendo istam licen  
tiā, jam non magis dispenseat, quād dum Abbas  
monacho dat licentiam, ut consentire possit ele  
ctioni suā in Episcopum. Pirh. loc. cit. Laym. l. o. n. 4.

2. Nec obstat cit. c. bona, ubi dicitur: quidam ve  
strum s. Praxedis Cardinalem, quidam Imolensem po  
taverunt: nam vel intelligendus hic textus de po  
tulatione impropriè tali fū simplici, ut Abb. in cit. c.  
Pirh. loc. cit. vel dicendum rō potulaverunt, respicere  
solum Imolensem, utpote Episcopum, qui proinde  
non poterat non postulari solemniter. Pass. cit. n. 37.  
Neque etiam obstat, quod Cardinales sint majores  
Episcopis, habēantque in Ecclesiis sui tituli juris  
dictiōnem quasi Episcopalem; nam licet majores  
sint Episcopis ratione officii, utpote constituentes  
unum corpus cum Papa, & coadjutores ejus in ex  
ecutione sacerdotalis officiū, & per venerabilem, qui si  
lii sint legitimi. Sunt tamen interiores illis ratione  
Ordinis. Pirh. citato num. 11. cum Abb. in cit. cap.  
Ecclesia. num. 15. quamvis nec hoc verum, quod  
eligendus necessariō promoveri debeat ad dignita  
tem maiorem, quamvis conveniens sit, ut sic fiat.  
Pirh. loc. cit. nec denique obstat, quod obstrictus sit  
Ecclesia Romana, aut etiam Ecclesia sui tituli; hoc  
enim, ut dictum, solum arguit intervenire debere  
in ejus promotione ad Episcopatum postulationem  
simplicem; sed neque adhuc per hoc, ut Pass. Eccle  
siae alicuius proprius sponsus sit.

3. Occasione cuius & illud hic notandum, quod  
licet Cardinalatus & Episcopatus sint incompatibili  
les in eadem persona, nisi Papa dispenseat. Pirh. loc.  
cit. n. 12. citans Cajetan. 2. 2. q. 18. f. 4. s. juxta c. bona. 3.  
h. t. & Abb. ibi n. 6. Idque propter incompossibilem  
residentiam in propria Ecclesia cathedrali, & simul  
in Urbe Romana, ubi necesse habet residere cardina  
lis, ut Papa afflstat, cū. nq. consiliis adjuvet, unde  
etiam ex usū & stylo Curia Cardinale, qui in Urbe  
residere debet, Papa non confuevit Episcopatum  
conferre in titulum, sed in commendam, ut ex ejus  
fructibus decentius sustentetur, ut Fagni in cit. c. bona.  
n. 23. nisi forte Episcopatus sit ex illis sex Urbis  
vicinis; adeoque jam dum Cardinalis assumitur ad  
Episcopatum, hoc ipso vacare deberet, & amicti  
Cardinalatus, sicut & alia beneficia incompatibili  
a, nū tamen & in praxi contrarium observari so  
leat, ut Cardinalatus simul cum Episcopatu reti  
neatur, nisi Papa aliter disponat; cum non deceat  
aliquem per electionem à maiore dignitate ad mi  
norem devolvi. Pirh. cit. n. 12. Laym. ad cit. c. bona. n. 4.

**Questio 223.** Quid dicendum de aliis prelati  
tam regularibus quam secularibus Episcopo  
inferioribus, puta, Abbatibus, Archidiaco  
nis, Propositis, Prioribus, dum ad alterius Ec  
clesiae dignitatem similem vel maiorem sunt  
assumendi?

Respondeo: postulari non posse postulatione so  
lemnī, sed eligi debere, licet eorum aliqui ad hoc  
egeant licentiā superioris (quin & Abbas imme  
diata subjectus Papa ad aliam Ecclesiam transire  
nequeat sine licentia Papa aut Legati à latere, ut  
Pass. n. 39. citans Bald. in c. fin. h. t. n. 2. & alios plures.  
Laym. in cit. c. bona. n. 4. juxta c. si Abbate, de elect. in 6.  
adeoque respectu eorum intervenire debeat postu  
latione.

latio simplex. Pirk. loc. c. n. 13. Laym. cit. n. 4. de Abbatibus exprefte Pass. n. 38, juncto n. 39. & 40. citans plures alios. juxta. cit. c. Si Abbatem, & ibi Franc. Jo- And. &c. Siquidem tales pralati, quod minus eligi possunt impedimentum nullum habent canonici- cum neque ut Pass. cit. n. 38. citato Abb. in c. fin. h. t. & gl. in c. si Abbatem. v. Abbatem, de elect. in 6. in ea, pro- prietate & rigore sunt sponsi suarum Ecclesiarum, sicut Episcopi.

**Questio 224.** Quid dicendum de Clericis non prelatis unius diæcesis assumendis ad prela- turam alterius diæcesis?

**R**espondeo quia tales præcisè non possunt postu- lari, sed debent eligi, & in electionem absolute consentire possunt, et si ad aliam alterius diæcesis Ecclesiam transire nequeant sine licentia sui Epis- copi. Pass. loc. cit. n. 41. citans Abb. in c. fin. h. t. num. 8. Sylv. v. postul. n. 3. Tabien. n. 2. Castell. de elect. c. 2. n. 5.

**Questio 225.** Quid dicendum de religiosis assumendis ad prælaturas intra vel extra suum ordinem?

**R**espondeo primò: religiosi ad prælaturas Epis- copatu non inferiores eligi possunt, adeoque ad eas postulari non possunt; tametsi sine licentia suorum Superiorum electioni de se facta extra ordinem consentire nequeant. c. si religiosus. de elect. in 6. Pass. loc. cit. num. 42. citans gl. in cit. c. v. electi. & Franc. ibid. n. 2. Abb. in c. fin. h. t. n. 8. Castell. ubi ante Sylv. &c.

2. Respondeo secundò: religiosi professi mendican- tes postulari prohibentur ad Ecclesiæ cathedra- libus inferiores, & ad monasteria extra suos Ordines, ita ut irrita sit postulatio talis, & scienter postulantes potestate eligendi & postulandi pro ista vice privati & suspensi per triennium ab omnibus beneficiis, quæ obtinent in illa Ecclesia, ad quam hujusmodi postularunt. Extrav. unic. h. t. inter commu- nes, idem statuens, si postulatus sit alius 27. annum & atatis non attingens; ubi etiæ vide pœnas taliter po- stulati prosequitæ postulatione in Curia Romana.

3. Respondeo tertio: tametsi Joannes 22. in cit. extrav. unic. h. t. prohibeat, ut dictum cuiusvis men- dicantium Ordinis religiosum ad monasteria extra suum Ordinem postulari; tametsi etiam Clemens 5. in Clem. 1. h. t. prohibeat, ne religiosus aliquis in Ab- batem vel Prælatum alterius religionis vel habitus eligatur; tradit tamen gl. in cit. Clem. v. eligatur. non prohiberi per hoc tamem postulari ex causa; ita tam- en, ut postulatio hac fieri debeat a Papa; cum aliis fieri poterat & admitti ab Episcopo. Idem cum gloss. sentit Laym. in c. monasterium. de elect. num. 1. sic quoque exprefte Pass. loc. cit. n. 44. at; professus u- nius Ordinis ad Prælaturam in alio Ordine postu- lari potest, citataque pro hoc Innoc. in c. fin. h. t. n. 4.

4. Respondeo quartò: nec tacite nec expresse professus ad prælaturam regularem postulari po- test; non eligi. Lott. l. 3. q. 17. n. 15. ubi: defictus profes- sions in postulato ad prælaturam regularem nihil du- citur; quomodo postulatio canonica sit, adeo ut simplex E- remita postulabilis reputetur. Pass. n. 43. ubi: novitus tacite saltem non professus ad prælaturam vel in proprio, vel in alieno Ordine eligi non potest. c. nullus religiosus. de elect. in 6. & gl. ibid. v. prælaturam. Abb. in c. fin. h. t. n. 8. Barbol. in c. monasterium. de elect. n. 2. Sylv. &c. potest tamen ad dictas prælaturas po- stulari, si adsit necessitas, & ipse in regula Ordinis sit sufficenter instructus.

**Questio 226.** An, qui non est de corpore, seu Capitulo vel conventu Ecclesie vacanti, sed alterius, neceſſe habeat postulari, ita ut eligi nequeat in ejus Prælatum?

**R**espondeo: negativè Laym. in c. bona. 4. b. t. n. 9. & in c. cum inter. de elect. n. 3. ubi: quod licet de- cens & convenientius sit, ut aliquis ex ejusdem Ec- clesie corpore assumatur ad prælaturam, modò ad- sit idoneus (cum indicium sit, in Ecclesia seu Colle- gi corpore non esse idoneum, si alienus seu extra- neus promoveatur) id tamen necessarium non sit, cum tamen id principaliter cedat in favorem Ca- pitularium, hi huic iuri ac favori renunciare pos- sunt, & ex alia Ecclesia personam idoneam eligere aut postulare (intelligè si forte alium defectum pa- teretur) & quidem laudabiliter, si id Ecclesiæ sua u- tile videatur, citatque pro hoc Butrio in c. cum inter. n. 25. Abb. n. 8. contra gl. in cit. c. cum inter. v. aliam, & Imol. ibid. n. 4. verum de hoc infra, ubi, num extra- neus eligi possit.

**Questio 227.** An invalidè electus ob defectum, quo laborabat postulari dein posset?

**R**espondeo: qui personam indignam, seu labo- rantem defectu v. g. naturalium, ignoranter ele- gerunt, mox errorem hunc suum cori gere posunt, eandem postulando: secus tamen est, si scientes seu consciëtissimi deficiunt eam elegissent; essent enim tunc pro illa vice privati, ut nec postu- lare possent. Laym. in c. immort. de elect. n. 8.

## PARAGRAPHVS IV.

### De admissione postulationis.

**Questio 228.** Ad quem dirigenda postulatio, seu à quo petenda est, us admissio?

**R**espondeo primò: postulatio simp' ex dirigen- da ad omnes illos, quorū consensu neces- sarius, ac proinde requirendus ad hoc, ut quis prælaturam admittere possit, seu ut aliquis sit prælatus. Pass. de elect. c. 24. n. 46. juxta dicta superius.

2. Respondeo secundò: ad illum Superiorem di- rigenda est postulatio solennis, seu ad illum spectat illius admissio, cuius alias est confirmare prælatum electum; siquidem admissio postulationis vim ha- bit confirmationis, electionis, ejusque loco succe- dit, modò tamen is Superior dispensare possit, & auferre inhabitabilitatem, propter quam postulatus erat in eligibilis ad prælaturam. Laym. in preamb. ad tit. de postul. coroll. 3. Pirk. ad tit. eundem. n. 14. citantes Abb. in c. fin. h. t. num. 10. Unde jam Episcopus ad- aliū Episcopatum à solo Papa postulatur; cùm ces- sio & translatio Episcoporum, ut & eorum plura- litas in eadem persona concedenda soli Papa refer- yatur. Laym. Pirk. ll. cit. Sic postulatio ad prælaturam, v. g. curatam ex præscripto Trident. reque- rent annū 22. & atatis completum dirigī non potest ad Episcopum, aut ab eo admitti, dum postulatus eam atatem non complevit, & alijs jus confirmandi electum ad illam dignitatem spectaret ad Epis- copum; cùm hic in atate jure communij requirata ad Ordines vel beneficia dispensare nequeat. A.A. idem.

3. Inferitur quoque ex his duo requiri in Superio-